

Barol. consil. 57. lib. 1. & ratio est evidens quia singula singulis applicanda sunt, hoc est: Si Titius non fuerit heres, substituo mihi scilicet per vulgarem: & si fuerit heres substituo illi scilicet per fideicommissariam, quod comprobatur ex doctrina Menchacæ, de successuum progressu, lib. 2. §. 15. num. 25. & §. 18. n. 70. Crassus, substitutio, quest. 71. n. 10. Mantica, de conjectur. ultim. voluntat. lib. 7. tit. 3. Menoch. lib. 4. presump. 55. n. 23. & presump. 57. Peregrin. de fideicommiss. artic. 34. num. 70.

Ibi. Idem est in pupillari substitutione, &c. Vide Menchacam de successuum progressu, §. 18. n. 76. & Fachinum, lib. 4. controvers. cap. 44. Mantica, de conjecturis ultim. volunt. lib. 7. tit. 3. & Menochium, dict. presump. 55. & Peregrinum, supra, num. 71. Petrum Gregorium in synagm. lib. 4. c. 16. num. 5. & 10. & alios plures quos refert & sequitur Vincent. Fufar. de compend. substit. n. 15. & 27. q. 245.

14 Num. 10. ibi: Et resolutione respondeo quod quatuor, &c.

Quatuor esse species substitutionis vulgaris, ut hic vides, docet noster Gomezius, & in tacita, & expressa, & partim tacita, partim expressa, eandem distinctionem agnoscunt, Menochius lib. 4. presump. 37. & Mantica, de conjecturis ultimar. volunt. lib. 5. tit. 3. n. 12. & seq. & facillioris doctrinæ ratione non videtur reprehensibilis distinctio, ut notavit Paulus Leonius, in tract. de substit. tit. de vulgari, n. 22. qui & aliam divisionem ponit, num. 23. & seq. & Fufarius eodem tract. q. 18. num. 4. ubi etiam triplicem esse affirmat, tacitam scilicet, & expressam, & partim tacitam, partim expressam. Sed Spino, in speculo testament. glos. 22. principali, num. 24. & Pichard. in principio, instit. de vulgari, num. 10. & in relect. ad hunc titulum, cap. 5. n. 9. duplicem esse contendunt, expressam scilicet, & tacitam, quæ an tacita an præsumpta debeat nominari, & an ex voluntate defuncti inducta, agit Osualdus ad Donell. lib. 6. cap. 24. notatis, lit. E. & Fufarius, supra, q. 26. & 27. & Menoch. presump. 35. & 43. ubi agit quomodo tacita vulgaris subintelligatur in pupillari expressa: de quo etiam vide infra in additione; ad num. 13. hujus capituli, & Cevallos, q. 751. num. 1.

An autem exemplaris contineat tacitam vulgarem, prout eam continet pupillaris, vide Menoch. lib. 4. presump. 44. Mantica, de conjecturis ultim. volunt. lib. 5. tit. 16. num. 18. qui affirmativam partem tuentur, & cum eis Fufarius, supra, q. 173. qui cum Menochio supra docet, quod eam non continebit in illis casibus, in quibus expressa pupillaris non continet vulgarem tacitam. Et quod vulgaris expressa contineat tacitam exemplarem, resolvit Fufarius, qu. 29. late declarans, vide etiam Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 5. ex n. 17.

15 Ibi. Si Titius noluerit esse heres, sit heres Sejus, &c.

Certissima est hæc resolutio, nempe casum impotentie comprehendit in casu voluntatis, & e contra, in hac materia substitutionis, & quod hæc verba, Si heres non erit, utrumque casum comprehendant; ut videri potest per Covarruv. in cap. Raynuntius, §. 4. num. 5. Paulum Leonium, in tractatu de vulgari, num. 71. & seq. Benedictum, eodem cap. Raynuntius, verb. Si absque liberis, el. 2. ex num. 25. Clarum, §. testamentum, q. 76. num. 9. Azeved. in l. 1. tit. 4. lib. 5.

Recopilationis, ex n. 171. Gratian. discept. 288. num. 2. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 25. Vivi. commun. opinio. verb. Casus non expressus; Menoch. de presump. lib. 4. cap. 65. ubi ex n. 25. quinque limitationes adducit, Alexand. Trenchiniquus de substitutionibus, part. 1. cap. 1. num. 25. Gregor. Lopez, in l. 2. tit. 5. par. 6. verb. Esto mismo, & l. 14. ibidem, glossa 7. Cardinal. Tufchum, lit. S. conclus. 809. per totam, Pichardum, in relect. ad hunc titulum, cap. 7. ubi latissime & in principio Instit. eodem, ex num. 20. ubi num. 25. & seqq. explicat aliquos casus, in quibus utrumque casum non comprehendit ex voluntate testatoris, & ibi quando extendatur substitutio de tempore ad tempus & de persona ad personam, late inquiri; & Surdus decif. 319. num. 2. & decif. 228. ubi limitat, & declarat, Valasco consul. 171. & latissime Fufar. de subst. qu. 30. 31. 32. & 33. ubi totam materiam hujus resolutionis comprehendit, declarat, & limitat idem Pichard. in relect. hujus tituli, c. 6. per totum ubi plures limitationes adducit, Spino gloss. 22. in speculo, num. 32. Gratianus discept. c. 275. num. 16. ubi quod substitutio non extenditur de casu ad casum, si induceretur pena, & alij plures congesti per dominum Joannem del Castillo, lib. 4. controvers. cap. 15. num. 69. & seqq. ubi latissime materiam disputat, & Carleval. tom. 3. disp. 5. tit. 2. ex num. 19.

Ibi. Nec obstat textus notabilis in l. pater Severinam, &c.

De hac doctrina, & intellectu dict. legis, vide Donellum, lib. 8. commentar. c. 33. & ibi Osualdum, in notatis lit. I. Caldas Pereira, in lsi curatorem, vel adversarii dolo, n. 81. Costam, in §. & quid si tantum part. 5. n. 4. Spino in speculo testamentorum glossa 22. num. 33. Paulum Leonium de vulgari substit. num. 98. Pichardum latissime dicto c. 7. in relectione ad hunc titulum, & in principio Instit. eodem numero 24. ubi contra alios illam legem explicat, Carrea decif. Granatensis 59. num. 70.

Pro exornatione novem illationum quas hic facit noster Gomezius, vide Menochium dict. presump. 65. & presump. 26. lib. 4. Paulum Leonium eodem tractatu ex num. 71. & quasi per totum, in tit. de vulgari, quem maxime commendando, quia bene loquitur, D. Joannem del Castillo lib. 4. controu. c. 15. ex n. 71. cum multis seqq. Pichardum, Instit. hoc tit. n. 11. Fachinum lib. 4. controu. juris, cap. 46. Surdum, decif. 37. per totam & decif. 228. ubi aliquas limitationes adducit, & decif. 207. num. 17. ubi limitat quando substitutio facta fuit per verba taxativa: Tunc & eo casu, quia non extenditur de casu ad casum; Tiraquel. in l. si unquam, verb. libertis, num. 50. & seqq. & omnium latissime Fufarium quest. 31. ubi totam materiam hujus numeri explicat per ampliationes, limitationes & declarationes; eum vide, & question. 32. & 33. jam citatis, & Carleval. supra.

Ibi. Et ex superioribus, redditur valde dubia, &c.

Et ibi Sed fundamentaliter respondeo, &c.

Communis est, ut vides, solutio quam noster Gomezius adducit ad text. in lsi ita quis, ff. hoc titulo, de cojus interpretatione, vide etiam Coraf. in l. post aditam, C. de impuberum, num. 3. & Pichardum, in relect. ad hunc titulum, cap. 7. ex numero 62. ubi advertit quod in illo text. unius temporis expressio aliud quod contrarium excludit;

dit; huic enim conditioni, si intrâ decimum annum filius meus deceaserit, contraria est illa, si intrâ decimum annum non deceaserit; ergo cum conditio semper excludat casum contrarium, necessarium respondere debuit Jurisconsultus substitutionem pupillarem ad certum tempus limitatam; post illud non habere locum, quasi infinet casum mortis filii, quæ evenit post tempus ad testatorem designatum, repugnare substitutioni intrâ certum tempus factæ insubjecta voluntate testatoris, &c.

Num. 11. ibi. Dubium est si hoc casu, &c.

16 Quod in substitutione coarctata ad certum tempus, de qua, in dicta lsi ita quis, contineatur vulgaris tacita secundum doctrinam nostri Gomezii, tenent Menochius, de presumptionibus, lib. 4. presump. 43. numer. 5. ubi per totam presumptionem, multa cumulat circa conservationem vulgaris, licet pupillaris sit restricta; Mantica, de conjecturis ultimar. volunt. l. 5. tit. 3. n. 20. & 21. Fufar. de substitutionibus, quest. 24. n. 3. ubi per totam questionem late agit quando pupillaris contineat tacitam vulgarem, Cevallos q. 751. n. 17.

An autem pupillari extindâ, quia filius moriatur antè patrem, expiret vulgaris tacita? videntur sunt Covarruv. in cap. Raynuntius, §. 5. de testamentis, Costa in cap. si pater, verb. Testatore mortuo, & eos referens Cevallos tom. 1. q. 106. ubi non expirare aiunt: & idem tenuerunt Benedictus in dict. cap. Raynuntius, in materia vulgaris, num. 99. & 102. Menchaca de successuum progressu, lib. 2. §. 11. num. 28. & de successuum creatione, §. 21. limitatione 10. num. 242. Crassus in §. substitutio, quest. 10. numero 4. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 6. num. 11. & alios referens Fufarius de substitutionibus, quest. 23. num. 4. ubi numeris sequentibus declarat & adducit plures Doctores contrarium tenentes, & vide eum, quest. 66. & 67. ubi agit quid si pupillaris expiret emancipatione, vel pubertate filii.

17 Num. 12. ibi: Alia & tertia est substitutio vulgaris expressa in genere, &c.

Quod substitutio vulgaris comprehensa in breviloquo, vel compendiosa, sit expressa in genere, & habeat effectus expressæ docet etiam Cevallos quest. 751. num. 1. Praxis de interpretat. ultim. volunt. fol. 270. & 271. Surdus decif. 37. num. 11. Peregrinus de fideicommissis, artic. 34. num. 14. & alios referens Fufar. de substitutionibus, quest. 23. Tufch. lit. S. concl. 801.

Adde quod in substitutione vulgaris contenta in breviloquo non continetur pupillaris, quando est facta inter impares, puberem scilicet, & impuberem, ut probatur ex text. in l. Lucius ff. de vulgari, & in l. in testamento, C. de milit. testamen. & docet Fufar. quest. 257. num. 13. vers. & quando sumus.

Quid autem in reciproca mixta cum compendiosa, an tunc contineatur pupillaris? Fufar. ibidem, num. 14. & sequenti. ubi duas contrarias opiniones adducit, & late disputat questionem. De quo etiam vide Menoch. lib. 4. presump. 60. num. 22. & sequent. ubi distinguit multos casus. Et quod nec exemplarem contineat in casu similis disparitatis, idem Menochius presump. 41. n. 14. in illis enim casibus, & aliis adductis per Doctores relatos, vulgaris expressa non habet suos effectus contenta in breviloquo vel reciproca: ex quibus venit limitanda resolutio nostri Gomezii hoc numero asserentis vulgarem contentam in breviloquo habere effectus expressæ.

18 Num. 13. ibi: Alia est substitutio vulgaris omnino tacita, &c.

Resolutionem nostri Gomezii in præsentem, nempe sub expressa pupillari comprehendit tacitam vulgarem, exornant latissime Covarruv. in cap. Raynuntius, §. 5. num. 5. Benedictus de Capra in communibus opinionibus, verb. Substitutio, Villalobos communium, eodem verbo; Duaren. ad hunc titulum, cap. 16. Donel. lib. 6. commentariorum, cap. 24. & ibi Osuald. Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 3. num. 3. & per totum, & tit. 4. ubi multas limitationes ponit, in quibus cessat vulgaris tacita, & lib. 12. tit. 16. num. 12. ubi etiam quando in vulgari non contineatur pupillaris, Tufchus litera S. conclusionem 801. ex num. 13. Seaccia, de judicis, lib. 2. cap. 9. numero 1326. Menochius lib. 4. presump. 43. Paulus Leonius eodem tractatu, rubrica de pupillari, num. 199. Benedictus cap. Raynuntius, 2. parte, verbo, Absque liberis, 2. n. 19. Crassus §. substitutio q. 7. num. 5. Costa in cap. si pater, verbo, obliqua, num. 3. Gregor. in l. 2. tit. 5. partita 6. glossa 7. Cevallos q. 931. 751. 752. 753. & alij serè innumerati relati per eos, & per Fufarium in tractatu de substitutionibus, quest. 24. & 25. & eandem resolutionem agnoscit Pichardus in principio Instit. de vulgari, num. 10. & quod magis est in relectione ad hunc titulum, cap. 5. numero 9: Sed licet hæc opinio sit communissima, ut vi es, aliqui tamen Neoterici in contrarium sententiam ierunt, nempe vulgarem tacitam dari nullam, & eamque amplissime defendunt contrarii fundamentis satisfaciens Antonius Faber, & Melchior de Valencia, & alij relati, & sequuti à Pichardo in dicta relectione ad hunc titulum, cap. 19. per totum, ubi numero 63. excipit unum casum, nempe si eadem sit substitutio vulgariter pupillaris, qui pupillo ipsi substituitur pupillariter, habet enim hic casus specialem rationem, propter quam permittendum sit ut casus pupillaris vulgarem quasi implicite continere videatur, nimirum propter substitutionem vulgarem fratri puberi expressim factam; cum credendum non sit patrem filio puberi vulgariter substituisse impuberem, impuberi vero noluisse substituire puberem vulgariter quoque, quem quod longe plus est, pupillariter illi substituit (Pichardi verbis utitur) & num. 92. agit de l. 2. tit. 5. part. 6. quæ pro communi opinione adducitur: eum vide, & Osuald. ad Donel. dicto lib. 6. cap. 24. in notatis, lit. E. eum autem judicium interponere in re ita gravi, non videtur consentaneum, cum Additionatoris munere fungar.

Numero 14. ibi. In quolibet horum casuum hereditate non adita admittitur substitutus, 19 &c.

Quod statim admittitur substitutus deficient additione instituti, tanquam rem certam docent præter ordinarios, Capra in communibus, verb. Substitutus, Gregorius Lopez in l. 2. tit. 5. part. 6. glossa 6. Donellus lib. 6. commentariorum, cap. 24. Corralius in l. post aditam, Cod. de impuberum, & aliis, Duarenus in tit. de acquirenda hereditate, versio. Tertium exemplum, & ita est certum, substitutum non admitti, nisi in defectum instituti: circò quod videndus est Fufar. in tractatu de substitutionibus, quest. 37. ubi quod instituto repudiante admittitur substitutus, nisi tantum repudiasset de jure Civili, eum postea adire de jure Prætorio: & num. 4. sublimitat, nisi addidisset causam, quia damnosa est hereditas, quia tunc statim admittitur substitutus, &c. Etan in vulgari comprehendatur prælegatum,

Numero 14. ibi. In quolibet horum casuum hereditate non adita admittitur substitutus, 19 &c.

Numero 14. ibi. In quolibet horum casuum hereditate non adita admittitur substitutus, 19 &c.

Cost. c. si pater verb. Obligata, ex num. 27. Ibi. Ex quo deducitur, quod si heres institutus sit spurius, &c.

Adverte in hoc versu. quod hodie ex l. 4. Tauri, quæ est, tertia, tit. 4. lib. 5. Revoc. damnatus ad mortem civilem vel naturalem habet testamenti factionem activam & passivam, & sic potest institui, ut docet noster Gomez. in d. l. Tauri, ubi ejus Additionator Corn. & Matienz in d. l. 3. glossa 3. numero 6. qui alios referunt, & cum eis D. Francisc. de Amaya l. 4. C. de jur. fisc. lib. 10. num. 38. & quod in casu incapacitatis hæredis, substitutas præfertur filio, probat latè Fularius, quest. 51.

Item adde, quod si hæres, cui datus est substitutus, delictum committat, propter quod hereditatem habere non potest, vel aliàs sit indignus, non sifcus, sed substitutus admittitur; ut docent Petr. Gregor. in synagm. lib. 4. cap. 14. Duarens titul. de substit. in cap. quibus verbis fiat vulgaris; & alij relati & sequuti per Andr. Fach. lib. 4. controvers. c. 64. & alios referens Pichard. in relectione ad hunc titulum, cap. 16. per totum; contra plures quos refert, & contra Gregor. Lopez in l. 22. titul. 3. part. 6. gloss. 4. & in l. 1. tit. 1. part. 6. gloss. 6. & in l. 17. tit. 7. part. 6. gloss. 1. vide etiam Ofsualdum ad Donel. lib. 6. c. 24. in notatis lit. M. & Fularium de substit. quest. 50. qui contrarium tenet cum Petro Gregor. & aliis supra, vide etiam Barbofam in l. si ab hostibus §. fin. ff. soluto matrimon. numero 19. ubi de substituto occidente institutum.

Ibi: Secundo inferitur, &c. Quod testamentum possit vires accipere a substitutione, jam supra diximus, & exornavimus num. 5.

Ibi: Tertio inferitur, &c. Vide supra, dict. num. 5. Ibi. Item adde quod in tantum est verum, &c.

Repudiante minore hærede instituto, vel abstinente se filio, statim admitti substitutum, etiam si talis minor possit in integrum restitutionem petere adversus repudiationem vel, filius intra triennium abstinentionem revocare, resolutio est mihi certissima cum nostro Gomezio hic, quam latissime exornat Benedictus in cap. Raynuius, tract. de vulgari, numero 62. Colla in cap. si pater, 2. part. verb. Subsequenter & filia, num. 16. & 17. & verb. Habens numero 27. Gregor. Lopez in l. 1. tit. 5. part. 6. gloss. 6. Pichard. in relectione hujus tituli, de acquirenda hereditate, cap. 12. numero 18. & seq. Spino in speculo testamentorum, ubi de vulgari, num. 10. & 11. & cum multis Fular. in tractatu de substitutionibus, quest. 39. ubi numero 2. ampliat, etiam si restituito competat ipso jure: & qu. 40. ubi declarat, & loquitur de triennio concessio ad revocationem repudiationis.

Addendum tamen est, quod hærede instituto, per in integrum restitutionem repudiante, aut se abstinente ab hereditate jam adita, quia fortè sibi damnosa erit, substitutio convalescit, & reviviscit, ut post Bartol. Socinum, & Ripam in l. 2. ff. hoc titulo; probant Benedictus in c. Raynuius, num. 344. Corrales in l. post aditam. Cod. de impuberum, & aliis substit. Antonias Faber. lib. 3. quest. cap. 2. Cevallos quest. 478. quos refert, & sequitur Pichard. in relectione ad titulum, ff. de acquirenda hereditate, cap. 12. num. 21. & sequent. ubi latissime disputat, & respondet argumentis deductis per alios contrarium tenentes, Doellus lib. 6. cap. 24. & ibi

Ofsualdus in notatis, litera O. Andreas Fachinæus lib. 4. controvers. c. 73. Politus in tract. de substitutionibus, quest. 42. Trentacinquus 1. part. cap. 18. & plures referens Fular. quest. 65. Joseph. Gonzalez variarum; cap. 32. num. 8. Advertendum est contra allegatos supra; hoc casu substitutum ut bonorum possessorem admittendum, non ut hæredem jure civili, ex eo enim quod institutus adiit, & effectus fuit hæres jure civili, alius eodem jure non admittitur, cum semel hæres non possit desinere esse hæres, §. restituta, Institut. de fideicommissariis hereditariis; leg. qui solvendo, versiculo finali, ff. de hæredibus instituendis, observat Theophil. in princ. Institut. de pupill.

Item adde quod licet jure adeundæ hereditatis præferatur non minori spatio quàm 30. annorum, ut probant Baldus de prescriptionibus; 4. parte principali, questio. 19. & Spino in speculo, gloss. 33. num. 54. tamen post annum ad deliberandum hæredi datum à jure, de quo in leg. 2. titul. 6. part. 6. etiam illo non repudiante, substituto locus fiet, ut docet Pichardus in dicta relectione ad titulum, ff. de acquirenda hereditate, cap. 12. nu. 46. & 47. & princip. Institut. hoc titul. num. 35.

Item adde quod si filiusfamilias adire nolit etiam jubente patre, locus fit substituto, & patri præferatur, secundum Petr. Gregor. lib. 42. synagm. cap. 15. num. 3. Connan. lib. 10. comment. c. 7. n. 3. Fachinæus lib. 4. controvers. c. 63. & alios relatos per Ofsualdum diff. cap. 24. l. 6. in notatis, lit. P. Sed contrarium cum Bartol. l. 1. ff. hoc tit. Corrales. Duarens, Zafio, & alii tenent Pichardus in relectione de vulgari, cap. 14. ubi numero 17. cum eodem Bart. resolvit illam questionem, quid si filius ante aditam hereditatem, vel repudiatam decesserit, an præferatur substitutus patri, & eundem Bart. sequitur Gregor. in l. 2. gloss. 6. tit. 5. part. 6. ubi concludit quod pater præferatur.

Item adde quod servo instituto nolente adire, etiam jubente domino, admittitur substitutus, sed non ante mortem servi, cum interim possit adire, ut probat idem Pichardus, in relectione ad hunc titul. cap. 12. per totum, ubi etiam numero 12. & 13. agit; quid si dominus nolente servo repudiet, & an sit constituendum discrimen, an servus sui ipsius, an contemplatione domini sit institutus hæres, de quo Menochius presumptione 22. lib. 5.

Item adde quod Monacho instituto repudiante invito Monasterio, nihilominus Monasterium adire potest, ad exclusionem substituti: & idem, si Monachus adire nolit, vel decedat ante aditionem, ut docent Covarruv. in cap. 1. de testamentis, num. 21. Spino in speculo testament. gloss. 12. principali, num. 17. & seq. Clar. §. testament. q. 30. Molin. disp. 140. & 190. n. 19. & plures referens Thom. Sanchez in summa, lib. 7. cap. 12. num. 35. & seq. maxime num. 47. & cap. 16. n. 79. quem omnino videas, & Pichard. in dict. relect. de vulgari, cap. 13. & Fular. de substitutionibus, quest. 41. & 44. ubi idem tenent.

Item adde, quod hereditatem repudiante à filio, potest ejus pater adire, etiam in præjudicium substituti, ut pro regula constituit Bernar. Diaz in reg. 393. Benedictus in c. Raynuius, verb. Si absque liberis, el. 2. n. 73. & seq. & Joan. Grat. lit. H. reg. 216. multos referens, amplians, & limitans, & Fular. in tract. de substit. q. 42. ubi bene limitat, & declarat, & vide etiam Fachin. lib. 4. cap. 63. Item

Item adde quod si filius moriatur ante aditionem, non pater, sed substitutus admittatur, ut docent Craff. §. substitutio, quest. 6. num. 5. Intrig. de substitutione, c. envariar. q. 31. & plures referens Fular. supr. quest. 45. ubi sex limitationes adducit.

Num. 15. Ibi. Item quæro an substitutio vulgaris, &c.

Et ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Quod substitutio vulgaris non tollat suavitatem, nec effectus ejus, sed tantum necessitatem præcisam adeundi favore patris introductam, ut probat Gomezius noster, probat, & tenent Menchaca, lib. 3. de successorum creatione §. 21. num. 187. & sequ. Colla in 8. & quid si tantum, 4. part. num. 26. Corrales lib. 1. miscellan. cap. 2. Spino omnino videndum in speculo, glossa 33. num. 91. & multis sequentibus, ubi bene disputat, & alii relati per Cevallos quest. 602. ubi communem contra communem asserit, & quest. 761. ubi latissime, & ibi, num. 23. & sequit non procedere de jure regio, de quo infra dicemus ad num. 17. Sarmiento in l. si filius hæres, ex n. 18. ff. de liberis, & posthumis; Caldas Pereira in l. si curatorem, verb. Sine curatore, n. 46. & sequent. Valdehus in additionibus ad Suarez, in l. quoniam in prioribus, limitatione 3. ubi alios allegat, & verioriter dicit hanc opinionem, & eleganter Ofsualdus ad Donel. lib. 6. cap. 24. in notatis lit. H. Pichard. in relectione hujus tituli, cap. 11. n. 15. & sequent. & in §. ita demum, num. 12. & seq. Institut. de hereditariis verb. ab intestato, & in principio Institut. hoc titulo, numero 29. & seq. & D. Joseph. Vela dissertatione Hispanens. n. ex numero 40. Contrarium tamen opinionem tenuerunt quamplurimi relati, & sequuti à Gutierrez in repetitione §. sus, num. 55. & 59. Fachinæus lib. 4. controversiarum, cap. 71. Gregorius in l. 2. tit. 5. part. 6. in fin. & alii quos refert Trentacinquus in tr. de substitutionibus 1. part. cap. 14. ex num. 1. Tiraqu. gloss. 5. post legis consuetudines, num. 61. Alvarado de conjecture defuncti, lib. 2. cap. 21. §. 1. num. 102. Sed prima opinio omnino sequenda videtur, licet secunda non minus communis sit, ut apparet ex Fular. in tract. de substit. quest. 72. qui eam sequitur, & comprobat ac limitat, & declarat; & vide Cancetium 3. part. cap. 21. numero 32. & 50. & cap. 22. num. 233. & 234. ubi quid dato coherede.

Advertit etiam ipse Pichardus supra maxime in relectione hujus tituli, cap. 6. num. 45. falsum esse substitutionem vulgarem filio suo hæredi scriptam eum de suo, & necessario, voluntarium efficere. Eum vide in dictis locis, ubi optimè explicat textus, quos noster Gomezius in contrarium adducit.

Num. 16. Ibi. Secus verò si tacita, &c.

In hoc numero, ut vides, noster Gomezius quatuor limitationes congerit, ad opinionem contrariam, quæ defendit suavitatem tolli per substitutionem vulgarem, ad quas dictas quatuor limitationes videre poteris Fular. dict. q. 72. ubi eas, & alias octo adducit, & comprobat multis auctoritatibus, rem latè prosequens, & Cancet. var. 3. part. c. 21. ex n. 23.

Numero 17. Ibi. Quæro an substitutio vulgaris, &c.

Et ibi: Sed nihilominus, &c.

Et num. 22. Ibi: Tertia principalis opinio quam semper tenui, & teneo, &c.

Quod substitutio vulgaris non possit filio fieri in legitima, videntur concludere Colla in cap. si

pater 2. par. verb. Debite num. 2. Berouis in cap. Raynuius, n. 45. Cevallos quest. 761. n. 34. pro hac parte referens Gregorium Lopez in l. 11. tit. 4. part. 6. verb. Omission. ubi hoc non repetio, imò gloss. antedemum contrarium videtur dicere ipse Gregorius in illis verbis; Adde etiam quod substituere filio vulgari, non reputatur gravamen; & sic facit pro contraria sententia, imò quod non rejiciatur, sed valeat, & possit fieri hæc substitutio, ut rectius tenent Sarmiento in l. si filius her. ff. de liber. & post. num. 10. Gutierrez. practico. quasi. lib. 3. quest. 52. n. 14. qui limitat in filio non suos Orosius in l. si arrogat. n. 147. ff. de adoption. Angu. l. 11. gl. 3. n. 12. & 13. tit. de meliorat. Cancet. variar. 3. p. c. 21. n. 35. Matienz. in l. 11. r. 6. lib. 5. gl. 9. n. 2. qui intelligit istam resolutionem non solum in casu voluntatis, ut ait noster Gomez. n. 22. sed etiam in casu impotentie, dummodo aliis filiis non fiat præjudicium in legitima, & plures referens Valdes. in addition. ad Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus. limitat. 3. ubi addit rationem, quia nulla injuria fit filio; nam si repudiat, jam ex facto suo à se tollit hereditatem: si adeat, substitutus excluditur: si nec adeat, nec repudiet, verius est suavitatem non tolli, & sic transmittit hereditatem in suos hæredes, &c. Et hanc sententiam, ut certam supponit Pichardus in relectione ad hunc titulum, cap. 6. num. 23. & seq. & eam probat cum multis quos refert Fularius in tract. de substit. q. 561. & Molin. de justitia, tom. 1. disp. 177. n. 8. vide Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 2. quest. 13. latè explicantem maxime num. 16.

Ibi. Pro qua etiam secunda facit, &c.

Adverte quod imò tacita conditio, si velit, inclusa in substitutione vulgari, secundum nostrum Gomez. non operatur idem quod expressa, ut advertit Valdehus supra, & Matienz. Vel, ut melius dicam, non est verum dicere per vulgarem substitutionem conferri filium institutum sub conditione si voluerit, institutio enim pura est, & purè & sine conditione concipitur, nec redditur conditionalis per substitutionem; quia conditio, si hæres non erit, vel si noluerit esse hæres, sub qua concipitur vulgari, inest substitutioni, & non institutioni, ut optimè advertit Pichard. in §. ita demum, Institut. de her. quæ ab intest. n. 26. & seq. & Spin. d. gl. 33. num. 93. & D. Joseph. Vela. dissert. 11. ex num. 41.

Ibi. Tertio facit quia hodie, &c.

Quod omne gravamen, & conditio etiam postestativa removetur hodie de legitima filij, præter Rodericicum Suar. in comment. ad l. quoniam in prioribus; ampl. 1. & ibi Valdehus; probat Clarus in §. testam. q. 39. Menoch. de success. creat. §. 10. num. 196. & 225. & per totum; latissime Colla in cap. si pater, verb. Eidem filio §. num. 28. Molin. de primig. lib. 2. c. 1. n. 52. Bernard. Diaz regul. 727. Canc. latè, c. 3. p. 1. ex n. 33. ubi latè declarat Cevallos quest. 766. ubi etiam an miles possit gravare filium de restituenda simul cum sua legitima, Sarmiento lib. 8. select. in l. cum patron. ex num. 1. ubi quod si filius repudiet hereditatem, valeat gravamen, D. Larr. decisi. Gran. 36. num. 8. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quasi per totum, ubi difficultates resolvit, & quest. 10. ubi plures casus congerit in quibus valeat gravamen, & quest. 21. ubi quod non implet præceptum testatoris, non amittit legitimam, Joannes Grat. regula 194. quem allegasse sufficit, quia ferè infinitos congerit. Sed (modò ad propositum) jam diximus ad hunc numerum

rum 27. nullum gravamen esse in substitutione, modo quo explicuimus, & ita cessat argumentatio contraria: ex quibus sequitur nihil esse immutatum de jure Regio in hac parte, ut dicebat Cevallos, quest. 761. ex numero 32. siquidem nec gravamen nec conditio intelligitur apposita institutioni filij, ex eo quod ei fiat substitutio vulgaris, ut jam dictum est: & sic explicanda est doctrina nostri Gomezii supra, maxime in versicul. Tertia principalis opinio, &c. vide etiam ad supradictam resolutionem, quæ dicentur infra, cap. 11. in additione ad num. 31.

Num. 18. ibi. Tamen in alia parte, vel aliis bonis ultra legitimam bene tollit suavitatem, &c.

Adde quod jam supra dictum est in annotatione, ad numerum 15. & 17. quod vulgaris substitutio nequaquam tollit suavitatem, &c.

Ibi. Quia in bonis ultra legitimam bene potest cadere gravamen, conditio, &c.

18 Difficilis sese offerebat questio in presenti, quæ scilicet condiciones possint apponi filio in eo quod illi ultra legitimam relinquatur, cum per l. 11. tit. 4. part. 6. sit dispositum, potestativam tantum conditionem posse filio apponi in parte bonorum ultra legitimam, non verò casualem vel mixtam, quod sane aliter dispositum erat in l. scimus, §. cum autem, Codic. de inoffic. testamento, & idem illam legem, terribilem appellat Suarez in leg. quoniam in prioribus, eodem titulo, ampliatione 2. de hac tamen controversia, & intellectu illius legis partite videntur sunt Alvarado de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. numero 102. Castillo lib. 5. controversiarum, cap. 64. num. 41. & Barbosa in colle. tanea l. scimus, Codic. de officio testam. Menchaca, Costa, Segura, Molina, & alij congesti per Valdesium in additione ad dictam ampliationem 2. & ultra eos, Cevallos communium opinionum tom. 1. questione 711. ex numero 8. sed hodiè difficultas omnino cessat ex dispositione l. 11. tit. 6. lib. 5. Recapitulationis, juxta quam potest filius gravari in tertio, cetero modo in ea expresso, de cujus intellectu, videntur sunt noster Gomez, Cast. Tell. & reliqui in l. 27. Tauri, Matienzo, & Azeved. in d. l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopilat. Gutierrez, lib. 3. q. 52. & quatuor sequentibus, Angel. d. l. 11. gloss. 3. num. 13. & seq.

Numero 19. ibi: Ex quo mirabiliter infero, &c.

Et ibi. Quia respondeo quod in prædictis casibus, &c.

29 Hanc resolutionem nostri Gomezii in presenti, nempe quod filius possit esse pro parte suus & pro parte extraneus, & hoc quoad effectus suavitatis, velim intelligas juxta dicta supra numero 25. in additione ad numerum 15. an autem filius possit esse pro parte extraneus quoad effectus suavitatis, vide Menchacam de successuum creatione, §. 21. numero 87. Menel. in l. 2. num. 6. Codic. de jur. & facti ignorantia, nostrum Gomezium in l. 11. Tauri, num. 70. versic. Confirmatur etiam, Gutierrez in repetitione, §. sui, n. 54. & 62. Stephanum Gratianum discept. forens. tom. 4. cap. 732. num. 58. & seq. Alvarad. de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 102. Falarium de substitutione, quest. 72. num. 6. vide etiam relatos supra, num. 25.

Ad num. 10. ibi Primo infero &c.

30 Licet communiter Scribentes quasi pro regula constituerint in suis hæredibus usufrucationem non procedere titulo pro hærede, ut videre est per Bartol. Alexandrum, Paulum, Alciatum,

& reliquos in l. in suis ff. de liberis & posthum. & per Covarruv. in regul. po. essor. 2. part. §. 5. Donel. in commentariis, lib. 5. cap. 14. Menchacam de successuum creatione, §. 9. num. 34. Welschembecium in paratitlis, tit. 1. pro hærede, num. 3. Molinam de justitia, tom. 1. disputat. 180. num. 3. & disputat. 65. num. 9. & alios. Alii tamen gratissimi Doctores contrarium docent, ut constat ex Costa in cap. si pater, 2. part. verb. Subsequenter, num. 8. Gutierrez in §. sui, ex num. 78. Andree Fachineo, lib. 6. controversiarum, c. 11. Ario Pinello, Cod. de bonis maternis, in rubrica 2. parte, ex num. 39. ubi contrariam opinionem, errorem inveteratum appellat, Caldas Pereira in l. si curatorum, §. sine curatore, num. 28. & seq. Suarez receptorum sententiarum, verb. Hæreditatis petitio, Parlador. l. 3. quotidianarum differentia 96. n. 4. Pichardo in d. §. sui autem, num. 38. & seq. Infrat. de hæredum qualitate, ubi optimè explicat text. in leg. nihil, Cod. de usufructione pro hærede, in qua contraria opinio suam faciebat fundamentum, licet plures intellectus minus convenientes assignaverint supra allegati Doctores, & maxime Caldas dicto loco, & n. 78.

Ibi: Unam tamen est, &c.

Et si Doctrinam Baldi hic allegatam per nostrum Gomezium plerique sequantur, inutilis tamen manet ad propositum ex ulteriori sententia supra relata & in specie eam improbat Arius Pinellus supra num. 44. & Gutierrez in §. sui numero 86.

Ibi: Secundo notabiliter infero, &c.

Quod filius familias per professionem liberetur à patria potestate in damnosus, tenet Covarruv. ut fateatur noster Gomezius, tenent Covarruv. in cap. quia nos, de testamentis numero 5. Suarez tit. de los pleytos, l. 9. num. 26. ubi numeris sequentibus idem dicit de filio familias factio Episcopo, & de filio Judæi baptizato, Gomez Arias in l. 45. Tauri, num. 53. Navarrus in comentario 3. de Regularibus, numero 41. Pinellus leg. 1. Codic. de bonis maternis, 1. part. num. 46. Costa in cap. si pater, 2. part. verb. Testatore mortuo, numero 11. Molina tom. 1. de justitia, disputat. 140. versic. Urnam autem, & disputat. 179. num. 3. Pichard. in §. & quidem. Infrat. de patria potestate, n. 9. & 10. & in §. filius familias, num. 4. & adde quæ diximus infra, cap. 9. n. 10. & Gomez. in l. 48. Tauri, num. 7.

Ad numerum 21. ibi. Sed certè ista opinio est falsa, &c.

31 Quod filius familias possit emancipari ad unicum tantum actum, ut noster Gomezius resolvit, tenent Joannes Andreas in addition. ad Speculatorem, tit. de instrument. editione, & porro, versic. Quid si filia, Capola cautela 113. incipit: Filius familias: versic. Dixi in presenti, & cautela 147. Est magna questio: versic. De jure communi, & alii plures relati à Tiraquel. in l. si unquam, verb. Donatione largitus, num. 299. plures tamen, ut vides, tenentur contrarium, & hanc veriorum, & communiorum appellat Cancercius variarum 1. part. cap. 10. num. 10. & in hanc partem videtur inclinare Gregor. Lopez in l. 93. tit. 18. part. 3. sed pro opinione nostri Gomezii faciunt Petrus Sardus in tractatu de alimentis tit. 3. privilegio 65. numer. finali, & quæ diximus supra, num. antecedenti, versic. Secundo notabiliter.

Ad numerum 21. ibi, Tertia principalis opinio, &c.

De hoc jam remanet dictum supra ad numerum 17. quem conjunximus cum isto, vide ibi. Ibi:

Ibi: Sed ego teno noviter contrariam, &c. Et ibi: Sed finaliter, & resolvitur, &c.

Quod substitutio vulgaris non possit fieri filio in melioratione Tertij, sed possit fieri pupillaris, ut noster resolvit Gomezius, intelligi debet quantum ad vulgarem, nisi servetur ordo, & dispositio text. in leg. 27. Tauri, quæ est lex 11. tit. 6. lib. 5. Recop. ut docent Costa in cap. si pater, verb. Debita, n. 5. Matienzo in d. l. 11. gloss. 9. n. 2. & 3. & Azeved. ibi, n. 35. & eos referens Angel. gloss. 3. ibi n. 13. ubi ait, quod substitutio vulgaris extraneus datus in legitima, non extendetur ad meliorationem Tertij, nonne non servata forma dictæ legis, 11. optimè Gutierrez, lib. 3. quest. 52. num. 14. & sic debet intelligi Cevallos 976. 1. ex num. 47. ubi nostrum Gomezium improbat, Molina de justitia, tom. 1. disput. 183. num. 12. Joannes Gratianus in regul. 194. num. 13. quem vides ibi, & in regula 235. num. 5. ubi an in vulgari comprehendantur prælegata, & alios referens Valdesius in additionibus ad Suarez, in l. quoniam in prioribus, limitatione 3. versic. An substitutio vulgaris fieri possit in melioratione Tertij, & hoc modo intelligendus est noster Gomezius, & non aliter: vide Cancercium 3. part. cap. 21. num. 287. ubi quod in legatis & fideicommissis, & donatione causâ mortis potest fieri substitutio vulgaris.

Quantum ad substitutionem pupillarem in Tertio tenendum est quod in ea debeat observari forma dictæ legis 27. Tauri, ut docent Ayora, Pelaez, Angelus, Velazquez, & Azevedus, quos refert, & sequitur Gutierrez dict. quest. 52. per totam, & num. 5. eam exten. lit. ad substitutionem exemplarem, ut idem servetur in ea quod in pupillari; & numero 7. & 8. & sequentibus. limitat quando jam facta fuit melioratio Tertij irrevocabiliter secundum formam l. 17. Tauri, quia tunc potest in alia dispositione eorundem substituere pupillarem in dicta melioratione, sicut in legitima, & ceteris bonis pupilli, etiam extraneum: eum & reliquos vide.

32 Ad numerum 23. ibi. Sed his non obstantibus ego teno contrariam sententiam, &c.

Quod positus in conditione, & substitutione non censetur institutus nec vocatus, ut docet noster Gomez. in presenti, & communis resolutio Doctorum, ut videri potest apud Tusch. lit. F. conclus. 369. Menochium de presumptionibus, lib. 4. presump. 76. Mantica de conjecturis, ultimum volum. lib. 1. tit. 2. & 3. Scaccia de iudiciis, lib. 2. c. 9. num. 1213. Petram Surdam de cessione 162. Vargas de Paz consil. 29. num. 35. & sequent. Anton. Gabriel. in tit. de fideicommissis, conclus. 45. per totam, Cancerc. variar. 1. part. cap. 1. ex num. 100. & n. 78. Molin. lib. 1. de primogenitis, c. 6. in principio, Barbof. in l. si cum dote, ff. soluto matrimonio, n. 54. Gratian. disceptation. cap. 352. quasi per totum, & cap. 776. & 74. & 773. & 774. Costam in cap. si pater, verb. Si absque liberis, ex n. 53. Fachineum lib. 4. c. 51. & lib. 13. cap. 45. & lib. 12. c. 40. ubi etiam loquitur in contractibus, & statutis, Oualdum lib. 8. c. 31. in enucleationibus Donelli, in notariis, lit. E. ubi multos congerit, & decisionem Rotæ apud Farinacium 344. numer. 14. & sequentibus, 2. part. & melius de cessione 266. & 320. & 133. & 146. ead. in prima parte, & fecit innumeros, quos refert D. Joannes del Castillo lib. 2. controversiarum, cap. 12. per totum, & lib. 4. cap. 9. numero 30. & seq. Pichardus in l. Gallus, in principio, num. 173. & Falarium de fideicommissis, q. 437.

& quatuor sequentibus, latissime, & vide omnino Larream decisionem Granatenf. 40. n. 2. & 30. & decision. 54. numer. 3. ex quo sequitur non intelligi institutum filium, vel alium, si testator dicat: Si Tertius filius meus non sit hæres, sit hæres Seius, vel substituo Seium; ut docet in presenti Gomezius, quia verba conditionalia & negativa non disponunt, ut dictum est; nec per substitutionem vulgarem factam est qui non est institutus, inducitur institutio illius, ut in specie ex multis probant Mantica de conjecturis ultimum volum. lib. 4. tit. 1. num. 13. & sequentibus, & omnes statim referendi, in vers. Verior tamen, Cevallos 976. 1. num. 39. & q. 8. n. 81. & sequent. quibus etiam adde quæ diximus supra, hoc cap. in addit. ad num. tertium.

An autem facta substitutione filij in potestate secundum formulam Galli Aquilij, de qua in l. Gallus, ff. de liberis, & posthumis, filius tacite intelligatur hæres institutus, ut si testator dicat: si filius meus me vivo morietur, tunc &c. Disputant latè Mantica supra dict. tit. 1. num. 17. usque ad finem, Alciatus, Fortunius Garcia, & alij per eum relati, & Fachineus lib. 4. controvi. c. 76. Verior tamen, & receptor sententia est, non censeri filium institutum ex dictis verbis; nisi expressè instituat, consequenterque dicendum cum Accursio in d. l. Gallus, verb. Possit, quod in Galli formula filij institutio præcedebat, quæ idè omiſsa fuit in contextu ipsius legis, quia de ea non dubitabatur; & ita hinc partem tenent Fachineus dict. c. 76. quem commendo. Anton. Faber de erroribus pragmaticorum, decade 26. error. 1. Duarenus, Cojcius in §. idem credendum, ibidem, Fachineus lib. 4. controversiarum, c. 51. & lib. 12. cap. 40. & lib. 13. c. 45. & alij congesti à Pichard. in resolutione ad illum textum in principio, num. 171. & sequent.

Num. 24. ibi: An talis substitutio valeat, & teneat ex provisione text. in amb. ex causa, &c.

34 Substitutionem vulgarem factam filio non instituto in precedenti casu, conservari ex dispositione authentica, Ex causa, Cod. de liberis præteritis, ut noster Gomezius docet, ipso nempe filio abstinente se, vel repudiante, vel eo mortuo in vita patris, vel postea, casu quo non transmittit hereditatem ejus. It. m. etiam conservari, substitutionem ejus pupillarem, quæ etiam est directa, tenent Costa in cap. si pater, 3. part. verb. Censendum, ex num. 9. ubi ampliat in tacita pupillari inclusa in vulgari, Clarus §. testamentum, q. 54. numero 2. ubi in versic. Secus ergo, ex ratione per eum adducta probatur, quod filio abstinente, vel repudiante, conservetur vulgaris; Spino in specul. testament. gloss. 23. principalium 17. iterum noster Gomez. in l. 24. Tauri, num. 5. Valascus consil. 54. num. 7. Joannes Gratianus regula 278. num. 3. Falarium quest. 119. in tract. de substitutione, latè Matienzo leg. 1. tit. 4. lib. 5. Recapitulation. glossa 14. numero 81. & sequentibus. Tellus in l. 3. Tauri, 4. part. numero 2. & seq. Gutierrez, practic. q. 30. l. 2. ubi latè disputat, & contra dictam resolutionem opponit l. 10. titulo 5. part. 6. versic. Orrosi decimos, cui duos intellectus assignat Tellus ubi supra, & tandem resolvit ipse Gutierrez attenta dict. l. 1. tit. 4. lib. 5. Recapitulation. dictam substitutionem conservari, referens pro hac parte plures Doctores licet alij, & cum eis Covarruv. in cap. Raynuntius, §. 6. num. 3. & sequentibus, contrariam teneant, & Angulo in l. 8. glossa 2. tit. 6. lib. 5. Recapitulation. gloss. 2. ex n. 25. & vide Pichardum in l.

in l. Gallus, cap. 2. in præludivis, numero 77. & Cancr. 1. part. cap. 4. num. 52.

Exemplarem, & fideicommissariam conservari in dicto casu, ut hic docet noster Gomezius, probatur etiam per supra allegatos, maxime quoad exemplarem, in qua militat eadem rationes, & quoad fideicommissariam, docent Gregorius Lopez in l. final. tit. 8. part. 6. verb. Mandas, Donellus commentariorum juris libr. 6. cap. 13. Clarus §. testamentum, qu. 54. num. 1. & plures referens Fusarius quest. 571. & 204. Castillo, Gomez. & reliqui in l. 24. Tauri, Matienzo, & Azevedo in l. 8. lib. 5. Recopilation. qui ex Angulo; in dict. l. 8. glossa 2. ex num. 21. Carpio de executoribus testamentorum, lib. 1. c. 25. & Molina de just. tom. 1. disputat. 175. num. 8. tenent conservari etiam meliorationem tertij. Eos vide, & Cancr. supra, num. 54. & sequent. & Pichardum etiam supra.

Utrum autem in terminis dictæ aubentice, ex causa, in qua conservantur cætera, præter institutionem, ut dictum est, ea petenda sint actione ex testamento, an verò conditione ex lege, vide Fachinæum lib. 4. controversiar. cap. 10. ubi probat actionem ex testamento competere, communem dicens cum Bartol. Castr. Alexand. Jason. & Andrea Gayl. lib. 2. observatione 115. ad fin.

Ibi: Licet hodie bene valeret, & conservaretur per novam dispositionem text. in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinamenti &c.

Adde, quæ hodie est l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat.

37 Ad num. 25. ibi: Item quæro an jus transmissionis ex capite juris deliberandi, &c.

Et ibi: Vel aliter, & tertio dicamus, &c.

Transmissionis jus præferri substituto, ut hic resolvit noster Gomez, tenent quàm plurimi, ut videri potest apud referendos statim: verumtamen majoris distinctionis gratia sic procedo, & quatenus ad transmissionem ex capite sustatis, dico, quod debet præferri; quia cum fuitas, & ejus effectus non tollatur per substitutum vulgarem, ut jam diximus hoc cap. indè est ut transmissio ex hoc capite potentior sit substitutione vulgari, eamque excludat, ut latius explicant Duareus in commentariis ad hunc titulum, Petrus Gregor. in syntagm. lib. 42. cap. 13. Sarmiento in l. si filius heres. ff. de liberis & posthumis, Cevallos q. 205. num. 6. Pichardus in principio, Institut. hoc tit. numero 36. & Melius in relect. ad hunc titulum, capite 11. ex num. 12. usque ad 21. Spino in speculo, gloss. 33. ex numero 91. Molina de justit. tom. 1. disputat. 183. numero undecimo. Fusarius de substitutione quest. 46.

Item transmissionem jure sanguinis potentior esse vulgari substitutione, probant Corraus in l. post aditam, Cod. de impuberum & aliis, num. 37. Orolius in l. si arrogator, numero 134. ff. de adoptionibus. Cancr. variat. 3. part. cap. 21. numero 39. Cevallos quest. 206. num. 5. Pichard. ex num. 21. usque ad fin. dicto cap. 11. & D. Joseph. Vela, dissertatione 11. Hispanensi, num. 105. Qui latè & optimè explicant text. in l. unica, Cod. de his qui ante apertas tabulas, an scilicet habeat locum tam ex testamento quàm ab intestato, & an in transmissione ad ascendentes, & alia, eos vide & Molinam supra, & Fusarium de substitutionibus q. 47.

Circà transmissionem autem ex capite juris deliberandi, licet quàm plurimi teneant poten-

tiorum esse substitutionem, utpotè manifesta testatoris voluntate fundatam, ut ex multis probatur Paulus Leonius in hoc tract. numer. 147. Politus eodem tract. quest. 44. Zafius in eadem materia, versic. Tertia species. Connarus lib. 10. commentariorum, cap. 7. num. 6. Corraus in l. post aditam, num. 42. Cod. de impuberum & aliis, & alios referens Pichardus cap. 11. ex n. 50. usque ad finem, Contrariam tamen opinionem defendunt alij plures non inferioris auctoritatis, prout sunt Petrus Gregor. in syntagm. lib. 42. cap. 13. Duareus in commentariis ad hunc titulum, Gregorius Lopez in l. 2. tit. 5. part. 6. gloss. 6. & communem dicit Durandus de arte testandi, tit. 5. cautel. 1. & novissimè D. Joseph. Vela, dict. dissertat. Hispanensi, lib. 11. ex num. 111. quem omnino videas, & Molinam supra, & Fusarium de substitutionibus q. 48. & Salgado in labyrinth. par. 2. cap. 25. num. 106. & Cost. in cap. si pater, verb. Interdum, num. 35. ubi an vulgari in legatis impediatur transmissionem?

Ad num. 26. Ibi: Item quæro an jus substitutionis potentius sit jure accrescendi.

Vulgarem substitutionem, ut hic dicitur juri accrescendi præferri, cum magis enixa & expressa defuncti nitatur voluntate, ut eruditè considerat Suarez in presenti, docent Tirraquellus, glossa 5. post leges connubiales, numero 62. Surdus decisio 152. Cevallos questio 832. & alij referunt infimè relati à Cardoso in tractatu de jure accrescendi, illatione 34. Donellus libr. 7. commentar. cap. 12. & ibi Osualdus litera E. Duareus in materia juris accrescendi, lib. 2. cap. 16. Surdus de alimentis, titulo secund. questione 15. numero 220. ubi alios referunt Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, libro quart. titulo 31. numero 14. & 15. & titulo 12. ubi ampliat, & limitat, Gutierrez in repetitioe leg. unica, Codic. quando non petentium partes, ex numero 42. Spino in speculo, glossa 21. principalis, numero undecimo. Menochius, de presumptione libro 4. presumptione 87. qui plures ampliationes, & limitationes, & declarationes adducit, Bernardus Diaz regular. 715. Socynus regula 479. & Fusarius de substitutione questio 53. latissimè Larrea de decisione 61. ex numero 17. & decisio. 96. numero 12. Cancr. 3. part. capite 22. numero 228. ubi de substitutione inutili, Gregorius Lopez leg. 18. titulo 6. parte 6. glossa undecima. Pichardus in paragraph. & plures, Institut. de vulgari, numero septim. & sequent. Molina de justitia, tom. 1. disput. 183.

Ibi, ex quo singulariter, &c.

Quatenus noster Gomezius docet, etiam tacitam vulgarem, comprehensam in pupillari expressa, vincere jus accrescendi, laudat eum Gutierrez in dict. repetitioe l. unica, C. quando non petentium partes, &c. num. 43. Menochius lib. 4. dict. presumptione 87. numero 5. Mantica dicto tit. 12. num. 17. Bernardus Diaz dict. regul. 715. Socynus etiam dicta regul. 479. Gregor. dicta gloss. 11. Et ampliat idemmet Gutierrez supra numero 46. etiam si substitutio sit inutilis, secus si nulla: quod etiam probant Politus tit. 12. numero 18. quem vide, Bernard. Diaz, & Socynus supra, Surdus decis. 152. n. 19. & 47. ampliat iterum ipse Gutierrez, etiam si volens venire per jus accrescendi esset filius testatoris: eum videro, & Gratianum disceptation. cap.

cap. 747. numero 20. Menochium dicta presump. 87. numero 6. & 9. & Mantica dicto tit. 2. num. 19. & 21. ubi explicant, & Fusarium in dict. questione 53. ubi ampliat, & limitat late.

Supradictam tamen resolutionem videtur destruere textus in leg. 34. tit. 9. part. 6. ibi, Ca en qualquier destas dos cosas avra la manda el companero o el substituto de el finado, &c. Ex cujus legis verbis & per eam corrigi testatur Spino supra, dicta glossa 21. principalis, num. 32. Sed nihilominus dicendum videtur incorectam adhuc manere juris communis dispositionem, cum ex illa lege solum deducatur argumentum ab ordine literæ, & hoc non sufficiens, ut legum correctionem inducamus, ut sentit Gutierrez supra, num. 44. quia dispositio novæ legi intelligenda est, & interpretanda semper, ut minus lædat jus commune ex text. in l. precipimus, Cod. de appellacionib. c. cum expediat, de elect. lib. 6.

Ibi: Quod tamen limita & intellige, &c.

Supradicta resolutio limitatur, ut vides, ut non procedat quando ex voluntate testatoris colligitur contrarium, & sic voluisse jus accrescendi præferri substituto, ut docent, & probant Socynus in l. 1. ff. hoc tit. num. 48. Ripa ibidem numero 182. Mantica de conject. ultimar. volunt. lib. 4. tit. 12. numero 21. Gutierrez in repetitioe dicta legis unica, Codic. quando non petentium partes, num. 48. Menochius dicta presump. 87. num. 7. & sequent. ubi eleganter sex conjecturas cumulat, Socynus dicta regula 479. vide Fusarium dicta quest. 53. late & Cancr. variat. 3. part. cap. 22. ex num. 136. ubi quid si plures instituantur æquis portionibus, & quis sit datus vulgari substitutus, &c.

Ad num. 27. ibi: Præterquam si ille qui vulgari venire, &c.

Et ibi: Advertendum in hoc; &c.

Quod substitutio tacita vulgari contenta in pupillari (ut noster docet) in casu individuo impotentia facta excludat jus accrescendi, etiam si in coherede concurrat qualitas conjunctionis sanguinis, probant citati supra, numero antecedenti versic. Et numero 47. ampliat, & Ripa in l. 1. ff. hoc titulo, numero 181. Crassus in §. substitutio, quest. 13. numero 2. & Gutierrez in dicta l. unica, Cod. quando non petentium partes n. 45. & alij plures congesti per Fufar. in dict. tract. de substitutionibus, questione 53. numero 3. dubitant tamen quàm plurimi de dicta resolutione, imò contrarium tenent, ut præter Leonium, & alios allegatos per Suarez in annotatione ad hunc locum, constat, Et Mantica dicto tit. 12. numero 2. Menoch. d. presump. 87. numero 9. & aliis adductis per Fusarium supra, numero 4. quem vide.

38 Ad num. 28. ibi. Nec obstat text. in l. fin. Cod. de instit. & subst. &c.

Laudat nostrum Gomezium in presenti Gutierrez in l. unica, Cod. quando non petentium partes, &c. num. 45. seu circa intellectum dictæ legis finalis videndi sunt Fachinæus lib. 4. controversiar. cap. 40. & lib. 13. cap. 76. Osualdus ad Donel. lib. 6. cap. 26. in notatis, lit. C. Cujacius lib. 12. observ. 27. ad finem, Mantica de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 4. numero 8. Paulus Leonius in rubrica de vulgari, num. 85. & 117. & sequ. & de compendiosa numero 52. & 425. Menoch. lib. 4. presump. 37. num. 15. & quasi per totam, & presump. 57. num. 4. Cardoso de jure Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. I.

accrescendi, illat. 34. ex num. 10.

Ibi, Ex quo textu notatur, &c.

Etiam substitutionem vulgarem factam in uno casu individuo, & specifico, continere tacitam pupillarem (ut noster docet) etiam in alio casu non expresso, ad quem vulgari extenditur; tenent præter eum, ab eoque laudatos, Crassus §. subst. quest. 11. num. 2. Covarr. in c. Raynuntius, §. 4. num. 6. & plus referens Menoch. lib. 4. presump. 39. n. 13. & alij relati per Intrigliolum de subst. centuria 1. quest. 40. & Fufar. de subst. quest. 28. num. 2. quem vide per totam quest.

Ad num. 29. ibi. An jus substitutionis vulgari 39 transeat ad heredes, &c.

Hoc jus non esse transitorium ad heredes, ut noster resolvit, docent Alexand. consil. 36. n. 3. volum. 3. Vivius comm. opinio. verb. Substitutus moriens: Covarr. in cap. Raynuntius, §. 5. n. 5. Tusch. lit. S. concl. 853. ubi latissimè declarat, ampliat, & restringit, Menoch. lib. 4. presump. 43. n. 14. Anton. Gabr. comm. opinio. tit. de heredib. instituen. concl. 2. ex n. 23. & per totam, ubi multas limitationes congruit, Gutierrez in repetitioe l. unica, Cod. quando non petent. partes, num. 49. Pichard. in relect. ad tit. ff. de acquir. hereditate, c. 29. numero 52. omnino videndus Castro de annoniis civilibus, notabilis 12.

Substitutio autem unita cum jure accrescendi, quod transmittatur ad heredes, docent Cephalus consil. 16. lib. 1. n. 33. & eum & alios referens, ita resolvit Rota apud Farinacium decis. 463. 8. part. suorum operum, ex text. in l. si ex plurib. ff. de suis, & legit. hered. de quo vide Cujacium lib. 12. observ. cap. 11. & Anton. Gabr. supra.

Ad num. 30. ibi: Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam, &c.

Quod substitutione pupillari facta cum limitatione, vel sine ea, vel usque ad certum tempus, semper duret vulgari tacita in ea comprehensa, ut hic resolvitur; tenent Menoch. lib. 4. presump. 43. numero 5. & 19. Covarr. in cap. Raynuntius, §. 5. num. 5. & alij plures ab eis relati, maxime à Menoch. dict. num. 19. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 5. tit. 3. n. 18. & 21. & melius tit. 6. ex num. 2. ubi latissimè respondet contrariis, & in casu pupillari expirantis per adventum pubertatis, quod adhuc duret vulgari, docet Cevallos quest. 753. & 751. & sic opinio nostri Gomezij sequenda est, & eam tenet Molina de justitia tom. prim. disput. 184. num. 26. licet aliqui distinguant an substitutio pupillari facta fuerit sine temporis præfinitione, vel cum ea; ut primo casu duret vulgari tacita, licet finiat pupillari, secus in secundo, ut videre est per Cevallos questione 751. num. 10. & sequent. qui eam amplectitur. Et quoniam in omnibus casibus hujus questionis cum Bartol. transeat Gregor. Lopez in leg. 2. tit. 5. part. 6. glossa finali, Sed non rectè.

Ibi: Ex quibus infero quod si filius impubes &c.

Pupillo decedente, vel effecto pubere in vita patris, adhuc conservari tacitam vulgarem contentam in pupillari, ut hic docetur, probant præter allegatos Menchaca de successuum progressu, 1. parte, lib. 3. §. 21. numero 242. Cevallos questione 106. & 751. ex numero 4. Mantica de conjecturis, dicto titulo 6. lib. 5. ex numero 11. ubi late disputat Alvarado de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. numero 2. ubi

ubi rem explicat, & alij plures relati, & sequuti à Fusario in tractatu de substitutionibus questione 23. numero 4. qui omnes dictam resolutionem probant, distinguunt quamvis nosse Gomezius in fine hujus numeri, an pater deceaserit ex intervallo, vel non, & Castillo in l. 31. Tauri, verb. Pupillar. & quamvis contrarium teneant plures relati, & sequuti à Gregor. in dicti. 2. tit. 5. part. 6.

Ex eisdem ferè rationibus, licet filius emanciper per patrem, & sic cesset pupillaris, adhuc tamen remanet vulgaris tacita; ut cum multis communem asserens probat Cevallos qu. 752. & latissime Mantica de conjecturis, d. lib. 5. tit. 13. & seg.

Item adde, quod finitè pupillari per captivitatem filij, non finitur vulgaris tacita, ut ait Gregorius in l. 10. tit. 5. part. 5. gloss. 3. De his omnibus vide quæ diximus supra, in annotationibus ad numerum 11. & Costam in cap. si pater, 2. p. verb. Testatore mortuo, num. 2. & per totum, ubi alia plura cùmulat.

41 Ad numerum 31. ibi, Sed his non obstantibus, &c.

Quod substitutio pupillaris inutulis contineat vulgarem tacitam, ut hic resolvitur, defendunt Menochius de presumptionibus, lib. 4. presumptione 55. numero 6. Mantica de conjecturis ultimar. volum. lib. 5. tit. 3. num. 2. & seg. Castillo in l. 1. Tauri, verb. Pupillar. Covarruv. in cap. Raynuius, §. 5. numero 5. versu. Undecimo, & versu. Ex quibus infero, qui latissime rem disputant, & multos Doctores pro hac parte congerunt, Gregor. Lopez in l. 5. tit. 5. part. 6. gloss. 2. vide etiam Alvarad. de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 26. & plures referentem Fusarium de substitutionibus, qu. 24. num. 5. & per totum, ubi plures declarationes & ampliationes adducit, Gutierrez in l. unica, Cod. quando non potentiam partes, &c. num. 46. & vide etiam citatos supra, in annotationibus ad numerum 26. versu. Et ampliat idemmet Gutierrez, qui feliciter Doctores in aliquibus dissentiant à nostro Gomezio.

42 Ad numerum 32. ibid: Primo per textum notabilem, &c.

De intellectu hujus legis præter allegatos à Soarez hic, videto Mench. de successorum creatione, §. decimo, num. 414. Corral. in l. si testamento, num. 10. Cod. de impuberum, & aliis; Duarenum hoc titulo, cap. 14. Costam in cap. si pater, de testament. lib. 16. part. verb. Habens; Cujacium lib. 2. ad Africanum in d. l. si mater, Connanum lib. 10. commen. cap. finali, Petram Gregor. in synagm. lib. 42. cap. 22. ex num. 18. Spino specul. testam. glossa 23. princip. n. 11. & latissime Pichard. in princip. Institur. de pupill. ex n. 43. & maxime n. 52. & segg. usque ad 58.

Ibi: Ex quo genericè collige, &c.

Quod actus etiam nullus, & invalidus demouitret voluntatem defuncti, ut hic dicitur: latè prosequuntur Menochius, & ferè infiniti ab eo allegati, lib. 4. presump. 15. & 127. ubi plures casus distinguit; Surdus decis. 152. n. 18. Burgos de Paz in l. 3. Tauri, 5. part. num. 1388. Valasc. consulti. 61. ex num. 15. & vide omnino Barbof. in l. si cum dotem, ff. soluto matr. ex num. 22. & Tiraquel. in retractsu Inagier, §. 26. gloss. 1. ex numero 5. Barbofam in collectanea ad l. 26. Cod. familia hereditanda.

43 Ad num. 33. ibi. Item quæro an substitutio vulgaris expiret, &c.

Per additionem heredis instituti, finiti & expirare substitutionem vulgarem, ex rationibus à nostro Gomez adductis, notissimum est apud Interpretes, ut videti potest per Tusch. lit. S. concl. 811. Mantica. de conject. ultimar. volum. lib. 5. tit. 6. n. 2. & lib. 11. tit. 5. n. 5. & seg. Petrum Gregor. synagm. lib. 42. cap. 16. n. 11. Sarmiento lib. 8. selectarum, in l. si quis seruum, §. certam ff. de legatis 2. n. 1. & Intrigolium plures referentem de substitutionibus, centuria 1. quest. 46. Spino in speculo ubi de substitutione vulgaris, glossa 22. numero 13. & Fusarium de subst. quest. 65. ubi ampliat, & limitat; & de jure Regio est text. in l. 10. tit. 4. part. 6. Adeo autem hoc procedit, ut etiam si in testamento addit clausula codicillaris, substitutio vulgaris semel extincta per additionem instituti, non trahitur ad fideicommissariam, ut resolvit Mantica de conjecturis ultimar. volum. lib. 5. tit. 2. num. 13. & cum eo Fusarius supra. n. 6. vide Pichardum in relectione tit. ff. de acquiren. hereditate, cap. 12. ex n. 21. ubi an substitutio reviviscat, si minor per restitutionem, additionem revocaverit: de quo supra num. 12.

Velim tamen non obliviscaris doctrinam supra dictam in additione, vel annotatione ad num. 14. versu. Addendum tamen est, ex qua limitationem colliges ad præsentem resolutionem nostri Gomezij, hoc num. 33.

Aliud ad legem post aditam, & pro ejus exorinatione colliges ex Bartolo, Ripa, & Jafone in leg. 1. hujus tituli, & in dicta leg. post aditam, maxime an substitutus, qui potest succedere de jure Civili, admittatur, casu quo filius institutus eodem jure Civili admitti non potest, sed tantum de jure Prætorio; Et an si quis tanquam institutus, & civilis, & prætorio jure succedere potest, bonorum possessionem secundum tabulas petere eligat, an hoc casu substitutus excludatur; de quibus videndi sunt Costa in §. & quid si tantum, 1. part. ad finem, Peralta in l. si quis in principio testamenti, ff. de legatis 3. num. 68. & sequentibus, & alii relati à Pichardo in relectione hujus tituli. cap. 21. ex num. 15. & num. 5.

Ad num. 34. ibi Item quæro, &c.

Vocatum ex substitutione vulgaris, & fidei-44 commissaria, posse eligere ex qua velit succedere, ut hic docetur, probant Bartol. Castr. Alex. & reliqui in l. centurio, ff. hoc tit. Alexand. conf. 208. lib. 6. Tusch. præct. lit. S. concl. 779. n. 11. & concl. 788. Menochius de presumptionibus, l. 4. presumptione 63. n. 11. & presumption. 20. n. 8. & consil. 303. n. 35. & Fusar. in tract. de substitutionibus, quest. 10. n. 5. ubi n. 4. docet quod istud jus eligendi transmittitur ad heredes: & num. 6. quod non potest dari concursus vulgaris, & pupillaris, & num. 7. quid si concurrant pupillaris, & fideicommissaria, ubi duas contrarias opiniones communis refert: & num. 11. ait quod in pupillari, & exemplari datur electio substituto, eum vide.

Ad num. 35. ibi: Si testator instituit duos vel plures heredes, &c.

Quod substitutio vulgariter facta pluribus, non 45 resolvatur in singularitates, sed post omnes substitutus admittatur, si instituti vocati sunt, eo modo quo resolvit Gom. an autem fiat separatim, tunc resolvatur in singularitates, est communissima resolutio, ut constat ex Mantica, de conject. ultim. vol. lib. 11. tit. 5. per totum, ubi latissime rem explicat, & disserit, an dicta resolutio habeat locum in pupillari, vel fideicommissaria, & lib. 4. tit. 2. ex num. 25. ubi de substitutione sic facta: 5

Tertius, & Seius heredes non erunt; vel si nec Tertius, nec Seius, vel si uterque heres non erit, &c. Gratianus disceptation. cap. 288. latè Menochius de presumptionibus, lib. 4. presumption. 87. num. 12. & 13. Gregorius in l. 4. tit. 5. part. 6. gloss. 2. & iterum l. 14. eodem tit. gloss. 4. ubi agit de fideicommissio relicto post mortem plurium, Antonius Gabriel tit. de substitution. conclus. 1. numero 19. ubi multos refert; & per totam conclusionem multa cumulat, & conclusion. 3. agit de pupillari facta duobus inapuberibus, & conclusion. 4. per totam, & latissime Tuschus conclus. 835. lit. S. per totam, ubi etiam agit de pupillari, & fideicommissaria; & Larrea decisio. 61. num. 1. & 33. & decis. 14. num. 3. & in pupillari, duas communes contrarias adducit Cevalli, quest. 615. & latè Pichard. transiens cum resolutione Bartol. sequuta à nostro Gom. & eum defendens in relect. hujus tit. cap. 21. & in relect. ff. de acquiren. hereditate, cap. 12. & in §. & plures, Institur. de vulgaris, ubi distinguit etiam, an substitutio fiat copalativè, an distributivè? vide eum: qui num. 10. ibidem explicat text. in l. quæramus, Cod. de impuberum, & aliis: Oualdus ad Donellum lib. 6. cap. 26. Alvarado de conjecturata mente defuncti, lib. 4. cap. 1. num. 13. & vide ad hoc eundem Gomezium infra, cap. 5. nu. 21. & latissime Fusarium in tractatu de substitutione, q. 14.

Quando autem apposta est clausula, & cuilibet eorum: Vide Barbofam in tractatu de ditionibus, diction. 320. num. 8. & quid si dicatur, Si aliquis, &c. idem Barbofa dicit. 22.

Ibi: Limita tamen præterquam si pia causa esset substituta, &c.

Adde Tuschum conclus. 832. lit. S. n. 9. & per totam, ubi plura cumular privilegia pia causæ substitutæ, Mantica de conject. lib. 5. tit. 15. n. 38. & vide omnino Fusar. supra. d. q. 54. num. 20. & nostrum Gomez, infra, c. 5. n. 21. versu. Secundò limita. Ubi contrarium videtur tenere, loquens in fideicommissaria substitutione.

Antequam hinc abeamus, adverte, & adde quod si aliquis substituitur post tempus, vel conditionem, si heres institutus est incapax, tunc illo medio tempore venientes ab intestato fruuntur hereditate, ut cum Baldo consil. 339. num. 2. volum. 2. & Mantica de conject. lib. 4. tit. 7. num. 8. advertit Caranza in tractatu de part. legit. cap. 5. num. 29.

Item Au gravamen inunctum instituto ad substitutos possit extendi: Vide Molinam de primog. lib. 1. cap. 6. num. 28. & lib. 3. cap. 5. per totum Mieres de Major. 2. part. quest. 6. numero 104. Gratianum discep. tom. 2. cap. 205. n. 3; Castillo lib. 3. controverf. cap. 15. num. 21. & præter eos D. Larrea decis. 51. numero 11. & Cancr. variar. 3. part. cap. 20. ex num. 132. ubi quid de conditione Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib. 10. cap. 6.



CAPUT IV.

De substitutione pupillari.

SUMMARIA.

- 1 Substitutio pupillaris qualiter fiat, & usque ad quod tempus duret.
 - 2 Quo requirantur ad validitatem substitutionis pupillaris pro forma.
- Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. I.

- 3 Substitutio pupillaris qualiter possit fieri filio exheredato.
- 4 Substitutio pupillaris facta filio præterito, vel exheredato sine causa, an valeat.
- 5 Si statuto caveatur ut minor 25 annis non possit testari, an poterit præter eo.
- 6 Substitutio pupillaris inutiliter facta, an comprehendat fideicommissarium.
- 7 Substitutio pupillaris an excludat matrem etiam à legitima.
- 8 Substitutio pupillaris tacita comprehensa in expressa vulgaris, an excludat matrem in legitima.
- 9 Quid contra an substitutio vulgaris tacita, in expressa pupillaris contenta, matrem excludat.
- 10 Quid si constat de voluntate testatoris, an tacita pupillaris matrem excludat.
- 11 Substitutio tacita pupillaris, an excludat matrem, qua transit ad secunda vota.
- 12 Pater an possit gravare substitutum pupillarem, vel venientes ab intestato, qui debent filio succedere si in pupillari ætate decedat.
- 13 Substitutio pupillariter in una re admittitur ad omnia bona pupilli.
- 14 Substitutio facta si sit per hæc verba: Si filius meus impubes decedat, an censetur pupillaris, vel compendiosa.
- 15 Jus & spes substitutionis pupillaris an transeat ad heredes.

ALIA est substitutio pupillaris; & est illa, quam pater facit filio impuberi, dicendo: Si filius meus infra pupillarem ætatem decedat, substituo Tertium, quo casu, verificata conditione, admittitur substitutus: Primo a de jure & consuetudine Lacedæmoniorum: Item de jure civili Romanorum: Item etiam de jure Canonico: Item etiam de jure regio, textus est in l. 2. & quasi per totum, infra isto tit. de vulgaris, & pupill. textus in l. 2. & in l. quæramus, & in l. precibus, C. de impub. & aliis substit. text. in §. 1. & per totum, Institur. de pupill. substit. text. in c. si pater de testament. lib. 6. text. in l. 5. 6. part. text. de jure novo annot. leg. 3. in legibus Tauri, 2. 1. 6. casu b pupillaris ætas dicitur in masculo usque ad 14. annum & in femina usque ad 12. sicut est in omnibus aliis eorum dispositionibus, ut matrimonio, testamento, tutela, & similibus, præterquam in alimentis: nam si relinquatur alicui minorum alimenta usque ad tempus pueritatis, intelligitur in masculo usque ad 18. annos, in femina vero usque ad 14. textus est singularis o in jure l. Mela, versu. certe. ff. de alim. & cib. leg. & ibi notat, & commendat Bart. & communiter Doctor. Roder. Suar. in repet. l. quoniam in prioribus, Cod. de inoffic. test. 12. fol. 3. col. sed in sermone vulgari male posset ille textus verificari & exemplificari, nisi dicas, quod testator legavit alimenta, quo usque efficitur major, vel majoris ætatis, vel habeat perfectam & integram ætatem.

Pro cujus forma & validitate requiruntur sex principalia requisita. Primum, quod ille cui sit substitutio, sit filius, nepos, vel descendens. Secundò, quod sit in potestate. Tertio, quod sit impubes. Quarto, quod sit institutus, vel legitimè exheredatus. Quintò quod post mortem testatoris efficiatur sui juris, & non sit recessurus in potestatem alterius. Sextò, quod adeatur hereditas ex testamento paterno, & in effectu: ista omnia resolutivè probant text. l. 2. infra isto tituli. & prædicta jura superius adjecta. Ex quibus infero generaliter,